Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25885
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Confundantur et reuereantur omnes inimici mei.
conuertantur retrorsum et confundantur ualde ue
lociter. Scriptum est et in alio loco. Dic tu primus
peccata tua. ut iustificeris. Et rursum. Iustus
sui accusator est in principio sermonis. Nec
mirum si prouocet ierusalem ad confusionem et igno
miniam. que in tantum peccauit. ut iustifi
caret sorores suas. Cui deinceps dicitur.
Et tu et filie tue reuertimini in antiquum
statum. Et continuata restituens eas. conuersi
one sodomorum cum filiabus suis. et conuersione
samarie et filiarum eius. et conuertam reuersionem
tuam in medio earum. ut portes ignomi
niam tuam. et confunderis in omnibus que fecisti
consolans eas. Lxx.
Et conuertam conuersiones earum. conuersione
sodomorum et filiarum eius. et conuertam conuersionem
samarie et filiarum eius. et conuertam conuersionem
tuam in medio earum. ut portes tormentum
tuum. et habeas ignominiam ex omnibus que
fecisti. ut me ad iracundiam prouocares.
Grandis profectus ierusalem. ut post confusionem
et ignominiam que illata sibi est dei iudicio. li
benter excepit atque portauit dicens.
Iram domini sustinebo quoniam peccaui ei. promit
titur ei restitutio in antiquum statum. Sed tamen
quoniam comparatione scelerum eius iustificata est
sodoma et samaria. que altera aduersus
altera a similis est. Primum restituitur conuersio
siue captiuitas sodome. ut interpretatus est
aquila. secundo captiuitas samarie. ut idem
aquila et symmachus transtulerunt. et nouissi
ma restituetur ierusalem. que maiori fue
rat iniquitate depressa. et peccatrices sorores
consolatione sui iustas esse monstrauit.
Cui enim dubium. quin inter tres peccatores
immo impios. gentilem. hereticum. ecclesias
ticum. multo maioribus penis dignus sit qui
maioris fuerit dignitatis. Potentes autem
ut dicitur potenter tormenta patientur.
Qui autem minimus fuerit dignus est misericordia.
et seruus qui scit uoluntatem domini sui et non
facit eam. uapulabit multis. Unde et petrus.
Tempus inquit est. ut incipiat iudicium a domo
domini. Et in hoc eodem propheta precepit secures
habentibus. a sanctis meis incipite. ut extrema
ierusalem sororibus ante conuersis. et restitutis
in pristinum statum. portet ignominiam suam.
et confundatur et erubescat. super his que peccauerat.
et in omnibus consoletur sorores suas. dum grauiora
sustinet. uel certe ideo confundatur et erubes
cat. quia dominum ad iracundiam prouocarit. Ex quo
perspicuum est. non esse naturalem iram dei. sed nostris
uitiis. clementissimum et mansuetissimum deum
ad iracundiam prouocari. dicente apostolo. An
diuitias bonitatis eius et sustentationis. et
patiencie contempnis. Ignoras quia bonitas
dei ad penitentiam te prouocat. Secundum duri
ciam autem tuam. et inpenitens cor thesaurizas
tibi iram. quam dominus naturaliter non habet. Unde et in alio
loco scriptum est. Et misisti iram tuam. et deuorauit
eos quasi stipulam. Quod enim coniunctum est. et in uno
corpore copulatum. interire non potest. Sed illud quod
extra corpus est. ubi gratia. lancea. telum. sagit
ta. gladius. Legimus et in euangelio. tolerabilius
fore terre sodomorum in die iudicii. quam eis
qui apostolos non receperint.
Et soror tua sodoma. et filie eius reuertentur
ad antiquitatem suam. et samaria et filie eius.
reuertentur in antiquitatem suam. et tu et filie
tue reuertimini ad antiquitatem uestram.
Et soror tua sodoma. Lxx.
et filie eius restituentur sicut fuerant a principio.
et samaria et filie eius sicut erant a principio.
et tu et filie tue restituemini sicut fuistis
ab initio. Iudei inter ceteras fabulas. et
interminabiles genealogias. et deliramenta
que fingunt. etiam hoc somniant in ad
uentu christi sui. quem nos scimus antichristum.
in mille annorum regnum sodome restitu
endum in antiquum statum. ita ut sit quasi
paradysus dei. et quasi terra egypti. et sama
riam pristinam recipere felicitatem. ut de assyriis
reuertantur in terram iudeam. legimus enim